



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Conuertere domine & eripe animam meam, saluum me fac propter  
misericordiam tuam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Conuertere domine & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Iterum indicat hoc uersu, animam suam esse perditam, secundum damnatum (ta enim sentit in hora excessus huius) dicit petit ut eripiatur, scilicet a morte uren te, & saluetur ab inferno iam aperto ore deglutiente. Sicut pro animabus legi naus: Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadat in obscurum. Et psalmo, ix, dicit: Qui exaltas me, de portis mortis. Et Ezechias: Ego dixi

(inquit) uadam ad portas inferi.

*Eruditur spes hominis pccatoris.* Et pulchre uim spei ostendit, dum ante oculos suos non nisi misericordiam dei habet, dicens: Propter misericordiam tuam, q.d. Non propter merita mea, quae quod nulla sint, satis & nimio, probat terror iste ira tua, & conturbatio cordis ossium, & anima mea. ideo propter misericordiam tuam salua, ut stet tibi gloria & laus misericordiae tuae, in mea salute in eternum, quia & si ego sum indignus, qui eripiatur & saluer, tu tamen dignus es, qui lauderis, glorificeris, ameris in secula. At laudari non poteris, nec misericordia tua glorificatur, nisi sint quos eripias a morte, & salues ab inferno. Sic in oratione Manasses regis iudea: Quia indignum saluabis me, sed in magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper, oibus diebus uite meae, quoniam te laudat omnis uirtus celorum. Ecce hac arte reddit deus dei nobis commisericordiam suam nobis commendatissimam, dulcissimam, suspiratissimam: medatisimam. sicut dignum est eam (cum sit aeterna & tantae maiestatis) commendari, dum nobis intentat malum, quod meruimus. Quibus uero mala haec non intentat, sed finit ire insensatos, quid mirum si uilis & fastidio sit misericordia dei, naufragantes super hoc manna coelestis. Perit quoque universus hoc examine unoque momento garritus eorum, quod actibus cognitis gratiam, & cognitis gloriis sibi meretur, qui operibus iustitiae suae se ad iudicium hoc dei intolerabile sustinendum parant incredibili furore. Ideo acerrimo animo eos in fine adortus, apostrophe robustissima inuadit: Discedite (inquit) a me omnes operari iniquitatibus, ut uidetibus stat sententia: Saluum me fac, propter misericordiam tuam, evanuit iustitia mea, cecidit uirtus mea, periret meritum meum, inuenta est iniqtas mea ad mortem & infernum, beatus & gloriatus ero, si in misericordia tua respire deus. Atque ita docemur: ut sicut de nobis prorsus nihil presumere debemus, ita ne quaque de misericordia dei despere, sed etiam contra uim mortis & inferni quantumlibet indigneam inuocare. Quae enim peccata? quae mala tantum sunt, ut despere te cogere debeant, quando hic audis, ne a morte quidem, ac inferno, ubi summa peccata & mala esse necesse est, cogi ad desperationem debere quenque.

Quoniam non est in morte quod memor sit tui, in inferno autem quod confitebitur tibi?

Hic plane aperit totius psalmi huius affectum, confessus se morte & infernum sensisse. Nec enim haec loquitur Sophistarum ritu, de re libi incognita, quodlibet diuinare audentium, sed experientiam sua recitat & affectum hunc plane depingit. Saluum me fac (inquit) ut misericordiam tuam praedicem in eternum, nec me in furore tuo isto argue, in quo cum sit mors & infernus, non est memoria, nec laus tua. Hic enim ueritatem illud puer. xvij. Nuncius mortis, ira regis, sic Ezech. lla. xxxvij. Viuens uires ipse confitebitur tibi, quia non in infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt descendentes in lacum ueritatem tuam. Et psal. cxij. Non mortui laudabunt te domini, neque os qui descedunt in infernum. Sed & multis alijs locis per Psalterium hunc affectum signatum uidebimus.

Quid